

Kreis Steinfurt

S 190

1276 Dezember 19.

[77] 190

Lubert (von Drivorden), Komtur zu Steinfurt, befundet den Verkauf der Erben
Brüwer und zur Linden in Ochtrup an Wadzsinige der Kommende.

Lubertus, frater sancte domus hospitalis Jerosolimitani sancti Johannis, commendator in Stenvorde, omnibus presens scriptum visuris salutem in vero salutari. Quoniam labilis est hominum memoria et omnia a corde tamquam mortuus (!) evanescunt, necessarium est ea, que aguntur in tempore, memorie posterum auctorabilis scripti testimonio perhennari. Unde notum esse volumus tam posteris quam modernis, quod cum bona in Eppenhoве, Mullenkote et Kemenatam apud ecclesiam Ogthepe, que nunc Bruwerinc vocatur, que patris nostri fuerant, cum omnibus suis attinentiis emimus, Lubertus et Bertradis, qui cero censusales domus nostre fuerunt, predictam domum Bruwerinc de consilio et consensu fratris Bernardi tunc commendatoris et nostro et aliorum fratrum pro XX marcis sibi et successoribus suis com-

paraverunt perpetuo possidendam anno Domini M^occ^qIx^oviii^o. Postea vero idem L. et B. mansum ibi vicinum, qui Tilia vocatur, quem cambivimus contra dominum Hermannum militem de Leeden cum mansu in Holtwie, emerunt pro XVI marcis, et nos eisdem denarisi redemimus bona in Aderlo. Hec supradicta bona iure hereditario ipsi ut successores eorum libere possidebunt, sed in recognicione proprietatis dabunt domui nostre dominica post Petri et Pauli de quolibet mansu talentum cere et mortuo herede senior filius vel filia, cum infedari debet, portabit pro quolibet mansu talentum cere, et si vendere voluerint, domui nostre dabunt pro tanto precio, quanto comparaverunt, vel vident, ubi voluerint, si fratres solvere noluerint, et domus pensionem et proprietatem in bonis optinebit. Datum anno Domini M^occ^oLxx^ovi^o, sabbato ante nativitatem Domini, coram fratribus Bernardo, Henrico et Petro sacerdotibus, Theoderico, Henrico, Johanne et Henrico et Wilhelmo et aliis quam pluribus.

Orig. Siegel der Kommende Steinfurt. VIII. Rep. II. 1. b. 25. Nr. 10. Kopie im Kōpiar B fol. 86 *, danach Regeſt Niesert, V. S. 54 Nr. 2.